



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 11. Sacerdotes à iuramento abstineant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

concupinas dimittite, sordes hæc deſerite, horrorem peccati veſtri relinquite, & cogitate vos, quâdîu hoc in ſtatu verſamini, Dei inimicos exiſtere, ab officio ſuſpenſos & interdîctos, & quidquid demum agitis aut dicitis, Deo diſplicere & hominibus ſcandalum aſſerre, benedictiones quoque & preces in maledictiones & vitia conuerti.

## CAPVT XI.

*Sacerdotes à iuramento abſtineant,*

Blasphemus punitur Nabuchodonosor.

*Dan. 3.*

**B**abyloniorum Rex Nabuchodonosor, viſo, Daniele inuiolatum & ſoſpitem lacu ignis egreſſum eſſe, veri Dei numen agnoſcens, edictum quiddam promulgauit, vt quicumque Deo Sidrach, Miſach & Abdenago malediceret, morti traderetur, & domus illius ſolo æquaretur, *Ame ergo poſitum eſt hoc decretum, vt omnis populus, tribus & lingua quacumque locuta fuerint blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur.* Sexcentæ leges ſunt tum humanæ tum diuinæ, quæ omnes quicumque eundem Deum blaſphemauerint, & ſanctum eius nomen in vanum aſſumpſerint, etiam ſi Sacerdos ſit, morti tradant, & animas illorum damnationi immergunt.

Blasphemus morte afficitur. *Leuit. 24.*

Quin & in Leuitico regium ac diuinum decretum de blaſphemis legere eſt, *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Decretum hoc cæleſte Sacerdotes imprimis ſpectat, qui ſi per Dei nomen iurare temere præſumpſerint, reipſa & iure morti perpetuæ, addicendi ſunt.

Deus quoque Chore, Dathanis & eorum sequacium supplicij & castigationis rationem reddens, aliam non dedit quàm quòd aduersus se blasphemij extitissent: *Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descendentque viuentes in infernum. scietis quod blasphemauerint Dominum.* Rationem hanc ipse vsurpans dico, metuere omnes, & imprimis Sacerdotes, debere, ne terra furorem induens, quamprimum illos deuoret, cum aduersus diuinam maiestatem blasphemias eructant.

Dauid cum atrox hoc peccatum admisisset, & Propheta illud ipsum ob oculos ei poneret, *2. Reg. 1.* imprimis ob blasphemiam cuius causa fuerat, *Corruptus illum corripuit, Quoniam blasphemare fecisti nomen Domini.* Vos verò Sacerdotes qui reges estis, hoc exemplo discite, Deum irasci, vosque punitione dignos non modò cum per Dei nomen iuratis, sed in causa etiam estis, vt alij ipsum blasphement.

*Non vsurpabis, ait in Deuteronomio Deus, nomen Domini Dei tui frustra, quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. Deut 5.* Sacerdotes qui præceptum hoc transgrediuntur, & omni momento Dei nomen abiurant & maledicunt, persuadere sibi debent, non impunè se habituros, & tandem aliquando insolentiam suam castigandam.

Hac de re agens Salomon, velut paræneticè dixit, *Iurationi non assuescas os tuum, multi enim ceciderunt in illa.* Vobis hoc prælegitur ac præscribitur Sacerdotes; quamobrem caute ne os vestrum blasphemiarum & iuramento execratorio assuecatis, quòd noxia quædam & nefaria cõsuetudo sit.

Ec

Tobias

Num. 16.

2. Reg. 1.

Corruptus

Dauid

quòd blasphemiarum causa.

Deut 5.

Blasphemiam

Deus

Confuetudo

iurandi

noxia.

Ecclesi. 28.

*Tob. 13.*  
Blasphemus à Deo  
condem-  
nabitur.

Tobias ad extremum vitæ cum venisset, Deo gratias agens eiusque laudem & gloriam deprecans, ait, *Maledicti erunt qui contempserunt, & condemnati erunt omnes qui blasphemauerunt te.* Sancti huius viri monita auscultate Sacerdotes ac Religiosi, & cogitate, quando Deum contempnitis, maledictionem vos mereri, & eidem blasphemijs impetueritis, iudicium & condemnationem.

*Eccli. 23.*

Dixit olim Sapiens, *Vir multum iurans repletur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.* Oraculum certissimum iurantium, quos iniquitate complendas, & iniquitates suas ab ultrice Dei manu puniendas, illiusque furorem & indignationem blasphemantium semper cervicibus imminere; sed impiis dum in Sacerdotibus ac religiosis reperit fuerint.

*Isai. 1.*  
Blasphemus maledicit Deo.

Hebræorum ingratitude exaggerans Deus per Isaiam, hæc illis imprecatur mala; *Ve genti peccatrici, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel.* Zelus ille Propheticus aduersus ingratum & blasphemum populum huiusmodi maledictiones detonans, ostendit, Sacerdotes illos verè ingratos esse qui iuramento assuecunt, & à Deo maledici merere, cum sanctum eius nomen blasphemant: Hæc scilicet peccata vix remittuntur, & graua sunt ut quæ maximè.

*Math. 8.*  
Christus suos iurare vetuit.

Ipsæ etiam mundi redemptor Christus Apostolos primos orbis Sacerdotes penitus iurare vetuit, & omnem blasphemiam fugere docuit, *Dico autem vobis non iurare omnino.* Apostolorum exemplo cogitent Sacerdotes omnes

omnes, nefas esse iurare, idque præcepto & ore Christi, & quicumque præceptum hoc prætergressus fuerit, maiestatem diuinam non parum offendere.

Ad hoc ipsum Christianos omnes incitauit Apostolus Iacobus, *Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram.* Beatus ille clericus, qui Apostolo credens, eiusque obsecrationem vt præceptum accipiens, à iuramento abstinet, nec cælum, terram, elementumque inter loquendum vsurpat.

Iac. 5.

Redemptor hominum Christus, ea quæ hominem polluerent & inquinarent recensens, blasphemias inter alia ponit, dicēs, *Homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia; hæc sunt quæ coinquinant hominem.* Inter omnia enim peccata, nullum est quod Sacerdotis honorem magis lædat, aut violet, quam iuramenta; nullum quoque quod polluat amplius quam blasphemiam.

Matth. 15.

Mar. 7.

Blasphemia hominem polluit.

Vidisse se Ioannes in Apocalypsi bestiam ait è mari ascendentem, cornibus decem & septem capitibus instructam, & cui datum os loquens magna & blasphemiam. Omnium interpretum & mei vnus etiam iudicio, bestia hæc Antichristum denotabat vel diabolus; dicere porro mysterium vult, omnes omnino homines, & Sacerdotes imprimis, qui iuramento assuescunt & blasphemias assidue eructant, in mundo hoc velut Antichristos & diabolos esse.

Apoc. 13.

Antichristus erit blasphemus.

In tragœdia passionis Pontifex Caiphas Christum vt blasphemum, falsò tamen, coarguens morte eū dignissimū iudicauit, quâ opinionem etiam populus secutus, communi eum sen-

Et 2

sentia

**Matth. 26.** tentia morte afficiendum iudicarunt, *Blasphemiauit: quid vobis videtur? Reus est mortis.* Ex iunctura hac Iudæorum sententia colligo, & iustâ pronuntio, omnem Sacerdotem, qui blasphemus est, morte affici debere; si vero hominum & Angelorum suffragia petenda sunt, omnes quàm possunt maximè clamant, morte illum plectendum & quidem sempiterna.

In Actibus Apostolorum nullum adedò prægnans & graue in Stephano crimè Iudæi repperunt, quam quod blasphemasse illum aduersus Moysen commenti sint, **Act. 6. & 7.** *Tunc summisserunt viros, qui diceret, audiuisset eum dicentem verba blasphemie in Moysen & Deum, &c.* Falsò hæc sancto Martyri imponebantur, & nō nisi mera erat calumnia; causa tamen erat bona, & digna ob quâ morte plectendus esset. Ego quoque his veltigijs insistens dico, nullum in Sacerdote grauius & enormius reperiri aut cogitari crimen posse, quàm si iuramenti, & blasphemie aduersus Deum, Sanctos & creaturas prolatae reus esse conuincatur, atque idcirco meritò illum accusandum: quorum si reus fuerit, morte dignus est, & viuus lapidibus obruendus.

**Luc. 5.** Scribæ & Pharisæi cum Christum loquentem audiissent, & iurasse eum & blasphemasse crederent, mirabantur, & dicebant, *Quis est hic qui loquitur blasphemias?* Cum Sacerdotem execrantem, detestantem, blasphemantem, iurantemque audimus, meritò mirari & dicere possumus, *Quis est hic qui loquitur blasphemias?* Anne Turca, Saracenus, Hæreticus, Antichristus, diabolus?

**Ira blasphemie mater.**

**Ephes. 4.**

Paulus Ephesijs scribens ait, *Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tolla-*

tur à vobis cum omni malitia. Gloriosus hic Apostolus, iram, indignationem & furorem hic prohibet, quòd fomes & incentiua iuramenti & blasphemix sint. Beatus autem Sacerdos est, qui nò indignatur, furit, bacchatur; ira enim fiet, vt non maledicat & blasphemet, ira namque blasphemix mater est.

Vidit olim Propheta quatuor per mare defœuientes ventos, qui postquam varios motus & turbines excitassent, horrenda oceano monstra & terribiles bestix ascenderunt, Et ecce quatuor venti cali pugnabant in mari magno, & quatuor bestix grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Quatuor illi digladiantes veni, quatuor passionis, quæ semper animam nostram in mari mundi huius oppugnât, designât. Dicere porrò mysterium vult, quod, postquam passionis, ira, rabies, furor animam exagitarent, è cordis abyssò inimicitix, odia, iniuriæ, indignationes, clamores & blasphemix erumpent, quibus nulla terribiliora & tetriora in rerum natura fingi monstra queunt. Ab his verò ventis cauetes Sacerdotes, flammam exstinguite, & huiusmodi è mari vestro monstra non prorumpent, neu in Deum blasphemix existetis.

Nunc autem, ait Apostolus, deponite & vos, omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Idem vobis occino Sacerdotes, & simul obsecro, vt iram & indignationem omnem deponatis, malitiam exuatis, turpiloquium vitetis, omneque iuramentum & blasphemiam ore vestro proscribatis.

Scripsit olim etiam Augustinus, tam prouidum ac

Post iram  
blasphemix  
succedit.

Dan. 7.

Ad blasphemix  
fugam  
suos excitat Paulus.  
coloss. 3.

Lib. de mendacio.

dum ac sapientem esse debere Sacerdotem, ut numquam iuret, *ne scilicet*, inquit, *semel iurando ad facilitatem iurandi veniatur. ex facilitate ad consuetudinem, & ex consuetudine ad periurium decidat.* Sæpe enim fit ut Sacerdotes & Religiosi dum iurare incipiunt, habitum quemdam iurandi acquirant & consuetudinem, ipsaq; mox in naturam convertatur, itaque blasphemis & periuriis deinde viâ sternât. Quare ab hac semita declinate Sacerdotes, & aliud iter infistite.

Concilia iurare vetant.

Ita porro quartum Concilium Carthaginense iuramentum detestatur, ut clericum per creaturas iurantem acerrimè obiurgandum, & si perstiterit in vitio, excommunicandum sentiat. Sacerdotes, qui omni momento blasphematis, iuxta Concilij huius decreta acriter obiurgari meremini, si verò nec ita respiscatis, excommunicari & ab Ecclesiæ communionem sequestrari meremini.

Sup. illud Matthæi Blasphemavit.

Dixit olim Augustinus, cuius sententiam vniuersa etiam sustinet Ecclesia, *Non minus peccant qui blasphemant Christum regnãtem in caelis, quam qui crucifixerunt ambulãtem in terris.* O verba horrenda! An non veremini iurantes; & vos præsertim Sacerdotes; an non cogitatis, quòd dum iuratis, nomen Dei blasphemia profcinditis, tantum vestrum peccatum esse, quantum Iudæorum, qui cruci illum affixere, & in eadem exspirare coegerunt,

C. de reformatione curia. Quomodo concilia Sacerdotes blasphemos punierint.

In Concilio Lateranensi sub Leone decimo decretum est, ut si Sacerdos in nomen Iesu & Beatæ Virginis blasphemus existere præsumserit, primò beneficij sui fructibus priuetur, secundo beneficiû suum amittat; at si tertio arguatur & conuincatur, dignitatibus & beneficiis omnibus

bas quæcunque habuerit, eo ipso priuatus existat, ad eaque vltius retinenda inhabilis redatur. Hæc iudicia perhorrescite Sacerdotes, secreta hæc vobis meum incutiant, Conciliis obedite, ne hæc pœnas incurratis. Vos inquam Episcopi qui adeo opulenti estis, vos Beneficiarij, qui tot census & redditus annuos possidetis, vos Pastores, quibus tot decimæ conferuntur, horum omnium confiscationem timete, ne item Deum offendatis, ne proximo scandalo sitis, & animarum vestrarum perniciem incurratis.

## CAPVT XVI.

*Sacerdotes non sint erronei & vagabundi.*

**I**Nter ceteras quas Deus primo homicidæ & fratricidæ Caino maledictiones inflixit, fuit Gen. 4. quod toto vitæ tempore per terram vagaretur & erraret. *Vagus & profugus eris super terram.* Sacerdotes vagi Caino similes.

Atrox & grauis hæc sententia aduersus nefarium hunc paricidam lata, præiudicium quoddam profecto fuit, Sacerdotes vagos & errantes Caino per similes esse, à Deo hic maledictos, & post hanc vitam puniendos.

Hebræis olim minas intentans Deus ait, Num. 14. *sterilitatem illorum ob peccata perpetrata in deserto ad multos annos vagaturam, & eodem non sine molestia egressuram, Filij vestri erunt vagi in deserto.* Magna haud dubiè Dei punicio, patria egredi, sine habenis huc illuc ferri, perque omnes orbis angulos diuagari, ac præsertim Sacerdotem.

Iob de diuina vindicta, de quæ Dei in peccatoribus animaduersione loquens ait, Iob. 22. *Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus.*  
Ee 4 alienis